



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Occultum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

candi mort. cap. 14. nu. 26.

Qui non proponit se abstenturum ab occasione, quam dat alteri ad peccandum, non est absoluendus, quando dat illam per peccatum mort. aut intentione etiam minus principali inducendi ad illud, vel ad id iuando, vel contemnendo salutem spiritualem proximi, vel consentiendo saltem interpretationem. cap. 14. num. 31. lit. A. Nou. nu. 32.

Talem occasionem præbet, qui reficit Synagogas, Mezchitas, Idola, eorumque phana, & peccat mort. ibid. lit. D. Nou. 36.

Qui commodat ballistam, ensim, &c. ei qui cum alio rixatur, & petit eum animo irato, dat ei occasionem peccandi propinquam. ibid. lit. D. Nou. nu. 38.

Non peccat qui permittit, vel offert alteri occasionem peccandi, ut sic deprehensus melius & utilius corripiatur. lit. E. Nou. nu. 39.

Non dat occasionem peccandi, qui bono animo instituit processiones, nundinas, nuptias, primas Missas, belli simulachra, publica conuicia, choreas, &c. lit. L. §. 24. Nou. nu. 44.

O C C U L T U M. Occultus auctor delicti manifesti non potest sub excommunicatione compelli ad se manifestandum, sed ad

P P S resti

restituendum.cap.17.nu.160.

Occultum dicitur *quod non est publicum*  
*publicum vero id quod est notorium.*ibidem.

O D I V M Dei est maximum peccato-  
rum.cap.11. nu.14. Odium etiam proxim-  
eit mortale.ibid.

O F F I C I V M. Peccat mort,princepsit-  
dens officia publica sui regni tam carē, &  
talibus personis, vt probabiliter credat, vel  
credere debeat, quōd male vtentur eis;  
oppriiment subditos.c.25.nu.7.

Peccant mort. Dominini accipientes pre-  
tium pro temporalibus officiis, quando re-  
cognoscunt alium Superiorē, & sit in loco  
vbi prohibitum est sub mort.ibidem.

Non peccant principes dando officia pa-  
blica in dotem, vel mercedem obsequio-  
rum.Neque officiarij vendentes publica of-  
ficia pretio tam honesto, & talibus perso-  
nis, vt probabiliter credatur non male vlu-  
ros officiis.cap.25.nu.7.

Pius V. tulit contra ambientes officia iu-  
risdictionem habentia sequentem legem.

*Nemini de cetero licent, mediante pecunia,  
vel solutione, & traditione, ac promissione ali-  
orum rerum, & per interpositas personas, aut  
alias quouis modo faciendas, aliquas digni-  
tates, & officia exercitium & administrationem  
iurisdictionis habentia procurare, assequi, vel  
obtinere.*